

**lapidescentes fontes quibuscunque membris sunt sa-  
lubres, iuxta mentem Kircheri & aliorum.**

**Applica-  
tio si.  
gnorum  
speciali-  
um bo-  
nitatis  
ad fon-  
tem no-  
strum.** §. 18. Signa bonitatis, sive naturalis salubritatis &  
virtutis medicatæ fontis nostri specialissima, sub §. 15.  
prehensa, si perscrutamur, ad intimum fontis cogni-  
tionem, singulares proprietates, salubritatem & vim  
medicam, si quæ inest, pervenimus, & sequentibus  
notantur experimentis.

### *Experiment. I.*

Coctione huius fontis cibi facile præparantur,  
unde & ventriculi digestionem non gravat, neque im-  
pedit, neque debilitat, sed potius roboret.

### *Experiment. II.*

Aqua fontana nostra, si coquitur, non fervet le-  
viter, tanquam aqua simplex, absque spiritu minerali,  
sed ebullit cum fragore & tumultu, facile vasa frangit  
vitrea, parietibus vitri in coctione salino-nitroso mar-  
tiales relinquit circulos, unde spiritum gerit occultatum  
nitroso-salinum cum sulphure quodam martiali.

### *Experiment. III.*

Post fontis evaporationem nihil limi, neque ter-  
ræ coagulatur, sed pingue quid, nitrosum, flavum, sul-  
phureum, subtilissimi saporis, unde occulte & intimi-  
us foveat nitrosum sal cum sulphure martiali.

### *Experiment. IV.*

**In destillatione cum fragore & tumultu fons no-  
ster**